# Bulla contra Erro
# res Martini Lutheri
# et ſequatium.



Gf - 16. Jh.
R 55/803
(R 84/947)
GOS : RA0090561

# Leo Epiſcopus Ser

uus ſeruorum Dei/Ad perpetuā rei memoriā. Exurge domine ⁊ iu
dica cauſam tuā/memor eſto improperiorū tuoꝝ/eorum que ab in
ſipientibus fiunt tota die/inclina aurem tuā ad preces noſtras/quo
niam ſurrexerūt vulpes querentes demoliri vineā/ cuius tu Torcu
lar calcaſti ſolus/et aſcenſurus ad patrē/eius curam/regimen/et ad
miniſtrationē Petro tanꝗ capiti/et tuo Vicario/eiuſqꝫ ſucceſſori
bus inſtar triumphantis eccleſie cōmiſiſti/ exterminare nititur eam
Aper de ſilua/et ſingularis ferus depaſci eam. Exurge Petre/et pro
paſtorali cura prefata tibi (vt prefertur) diuinitus de mādata/ intē
de in cauſam ſancte Romanē. eccleſie/matris omniū eccleſiarū/ ac fi
dei magiſtre/quā tu/iubente deo/tuo ſanguine conſecraſti / contra
quam ſicut tu promonere dignatus es/inſurgunt magiſtri menda
ces introducentes ſectas perditionis ſibi celerē interitum ſuperdu
centes/quoꝝ lingua ignis eſt/inquietum malū/plena veneno mor
tifero/qui zelum amarum habentes/et contentiones in cordibꝰ ſu
is/gloriant̄/et mendaces ſunt aduerſus veritatem. Exurge tu quoqꝫ
queſumus Paule/qui eā tua doctrina/ac pari martyrio illumina
ſti/atqꝫ illuſtraſti. Jam em̄ ſurgit nouus Porphirius / qui ſicut ille
olim ſanctos Apoſtolos iniuſte momordit. Jta hic ſanctos Ponti
fices predeceſſores noſtros cōtra tuā doctrinā eos non obſecrādo/
ſed increpando/mordere/lacerare/ac vbi cauſe ſue diffidit/ ad con
uitia accedere nō veret̄/morē hereticorū quoꝝ (vt inquit Hieroni
mus) vltimū preſidiū eſt/ vt cum conſpiciant cauſas ſuas damna
tum iri/incipiant virus ſerpentis lingua diffundere / et cū ſe victos
conſpiciant/ad contumelias proſilere. Nam licet hereſes eſſe ad ex
ercitationē fideliū tu dixeris oportere / eas tū ne incrementū accipi
ant/neue vulpecule coaleſcāt/in ipſo ortu/te intercedēte/⁊ adiuuāte/
extingui neceſſe eſt. Exurgat deniqꝫ om̄is ſanctoꝝ/ac reliqua vniuer
ſalis eccleſia/cuius vera ſacrarū litterarū interpretatione poſthabi
ta/quidā/quoꝝ mentē pater mendacij excecauit/ ex veteri hereticoꝝ
inſtituto/apud ſemetipſos ſapientes / ſcripturas eaſdem aliter quā
Spirituſſanctus flagitet/ꝓprio dūtaxat ſenſu/ambitionis/ aureqꝫ
popularis cauſa/teſte Ap̄lo/interpretant̄/imo vero torquēt/et ad
ulterant. Jta vt iuxta Hieronimū/iam nō ſit euangeliū Chriſti/ ſed
hominis/aut quod peius eſt/Diaboli. Exurgat inquā prefata eccle

ſia ſancta dei/et vna cũ beatiſſimis apoſtolis prefatis/ apud deum
omnipotentẽ intercedat/vt purgatis ouiũ ſuarũ erroribus/elimina
tiſq̃ a fideliũ finibus hereſibus vniuerſis/eccleſie ſue ſancte pacem/
et vnitatem cõſeruare dignet᷑. Dudum ſiquidẽ/quod pre animi an-
guſtia/et merore exprimere vix poſſumus/fidedignoꝝ relatu/ ac fa-
ma publica referente/ad noſtrũ peruenit auditum/imo vere / proh
dolor oculis noſtris vidimus ac legimus/multos/⁊ varios errores
quoſdã videlicet iam ꝑ Cõcilia/ac predeceſſorũ noſtrorũ cõſtitutio
nes/damnatos/hereſim etiã Grecorũ et Bohemicã expreſſe cõtinẽ-
tes/alios vero reſpectiue/vel hereticos/vel falſos/ vel ſcandaloſos
vel piarũ auriũ offenſiuos/vel ſimpliciũ mentiũ ſeductiuos/a falſis
fidei cultorib⁹/qui ꝑ ſupbiã curioſitatẽ mũdi gloriã cupiẽtes/cõtra
apl'i doctrinã/pl⁹ ſapere volũt/quã oporteat/quoꝝ garrulitas (vt
inquit Hieronimus)ſine ſcripturarũ auctoritate/nõ haberet fidẽ/
niſi viderent̃ ꝑuerſam doctrin᷑/etiã diuinis teſtimoniis/male tamẽ
interꝑtatis/roborare. A quoꝝ ocul' dei timor receſſit/humani gene
ris hoſtẽ ſuggerẽte/nouiter ſuſcitatos/ ⁊ nuper apud quoſdã leuio-
res in inclyta natiõe Germanica ſeminatos. Qd eo magis dolem⁹
ibi eueniſſe/ qd eandẽ nationẽ/et nos/et predeceſſores noſtri in vi-
ſceribus ſemꝑ geſſerim⁹ charitatis. Nam poſt tranſlatũ ex Grecis
a Romañ. eccleſia in eoſdẽ Germanos imperiũ ydẽ predeceſſores
noſtri/et nos/eiuſdẽ eccleſie aduocatos/defenſoreſq̃ ex eis ſemꝑ ac-
cepimus. Quos quidẽ Germanos/catholice veritatis vere Germa
nos/cõſtat hereſum acerrimos oppugnatores ſemꝑ fuiſſe/cuius rei
teſtes ſunt laudabiles ille conſtitutiones Germanoꝝ imperatorum
ꝓ libertate eccleſie/ꝓq̃ expellendis/ exterminandiſq̃ ex omĩ Ger-
mania hereticis/ſub grauiſſimis penis/etiã amiſſionis terraꝝ/⁊ do
minorũ/cõtra receptatores/vel nõ expellẽtes olim edite/⁊ a noſtris
predeceſſoribus cõfirmate/que ſi hodie ſeruarent̃/et nos/et ipſi vtiq̃
hac moleſtia careremus/Teſtis eſt in cõcilio Conſtantieñ. Huſ
ſitarum/ac Vuicleuuiſtarũ/necnõ Hieronymi Prageñ. damnata
ac punita perfidia. Teſtis eſt totiens cõtra Bohemos Germanoꝝ
ſanguis effuſus. Teſtis deniq̃ eſt predictoꝝ erroꝝ ſeu multoꝝ ex eis
ꝑ Colonieñ. et Louanieñ. Vniuerſitates/vtpote agri dominici piiſ-
ſimas religioſiſſimaſq̃ cultrices nõ minus docta q̃ vera/ac ſancta
cõfutatio/reprobatio/et damnatio. Multa quoq̃ alia allegare poſ
ſemus / que ne hiſtoriã texere videamur ꝑtermittenda cenſuimus.
Pro paſtoralis igit̃ officii diuina gratia nobis iniũcti cura/quã ge-
rimus/predictorũ erroꝝ virus peſtiferũ vlterius tollerare/ ſeu diſſi-

mulare/ſine chriſtiane religionis nota/atqȝ orthodoxe fidei iniuria
nullo modo poſſumus. Eorū aūt errorū aliquos preſentibus duxi-
mus inſerendos/quorū tenor ſequitur/ et eſt talis. ¶ Heretica
ſententia eſt/ſed vſitata/Sacramēta noue legis iuſtificantē gratiam
illis dare/qui non ponunt obicem. In puero poſt baptiſmū negare
remanens peccatū eſt Paulū ⁊ Chriſtū ſimul cōculcare. Fomes pec-
cati etiā ſi nullū adſit actuale peccatū morat᷑ exeuntē a corpore ani-
mam ab ingreſſu celi. Imꝑfecta charitas morituri/fert ſecū neceſſa-
rio magnū timorē/ qui ſe ſolo ſatis eſt facere penā purgatorij et im-
pedit introitū regni. Tres eſſe partes penitentie Contritionē/ Con-
feſſionē/et ſatiſfactionē/non eſt fundatū in ſacra ſcriptura/nec in an
tiquis ſanctis chriſtianis Doctoribus. Cōtritio que paratur ꝑ di-
ſcuſſionem/collectionē/et deteſtationē peccatorū/ qua quis recogi-
tat annos ſuos in amaritudine anime ſue/ ponderādo peccatorum
grauitatē/multitudinē/ feditatē/ amiſſionem eterne beatitudinis ac
eterne damnatiōis acquiſitionē/ hec contritio facit hypocritā imo
magis peccatorē. Veriſſimū eſt prouerbiū et omniū doctrina de cō-
tritionibus/hucuſqȝ data preſtantius/de cetero non facere/ſumma
penitentia/optima penitentia/noua vita. Nullo modo preſumas
ꝯfiteri peccata venialia/ſed nec om̄ia mortalia/quia impoſſibile eſt
vt oīa mortalia cognoſcas/Unde in primitiua eccleſia ſolum mani
feſta mortalia cōfitebant᷑. Dum volum⁹ om̄ia pure ꝯfiteri/nihil ali
ud facimus/quā qđ miſericordie dei nihil volum⁹ relinquere igno-
ſcēdum. Peccata nō ſunt vlli remiſſa niſi remittēte ſacerdote credat
ſibi remitti/imo peccatū maneret/niſi remiſſum crederet/nō em̄ ſuffi
cit remiſſio peccati et gratie donatio/ſed oportet etiā credere eſſe re-
miſſum. Nullo modo confidas abſolui/propter tuam contritionē/
ſed propter verbū Chriſti/quodcūqȝ ſolueris ⁊c̄. Hic inquā cōfide
ſi ſacerdotis obtinueris abſolutionē/ et crede fortiter te abſolutum
et abſolut⁹ vere eris/quicquid ſit de cōtritione. Si ꝑ impoſſibile cō-
feſſus non eſſet cōtritus aut ſacerdos nō ſerio/ſed ioco abſolueret/ſi
tamen credat ſe abſolutū veriſſime eſt abſolutus. In ſacramēto pe-
nitentie ac remiſſione culpe nō plus facit Papa/Ep̄us/ quā infim⁹
ſacerdos/imo vbi nō eſt ſacerdos/eque tm̄ quilibȝ chriſtianus/etiā
ſi mulier aut puer eſſet. Nullus debet ſacerdoti reſpōdere ſe eſſe con
tritum nec ſacerdos requirere. Magnus eſt error eoꝝ qui ad ſacra-
mēta Euchariſtie accedūt/ huic inniti/qđ ſint cōfeſſi/ qđ nō ſint ſibi
conſcij alicuius peccati mortalis/qđ permiſerint orationes ſuas / et
p̄paratoria/om̄es illi ad iudiciū ſibi mādūcāt/⁊ bibūt/ſed ſi credāt

et cōfidant ſe gratiā ibi conſecuturos/hec ſola fides facit eos puros
et dignos. Conſultū videtur q eccleſia in cōmuni concilio ſtatueret
laicos ſub vtraqʒ ſpecie cōmunicādos/nec Bohemi cōmunicantes
ſub vtraqʒ ſpecie ſunt heretici/ſed ſciſmatici. ¶ Theſauri eccleſie
vnde Papa dat indulgentias nō ſunt merita Chriſti/et ſanctoꝝ. In
dulgentie ſunt/pie fraudes fideliū/et remiſſiōes bonoꝝ operū/⁊ ſunt
de numero eoꝝ que licent/et nō de numero eoꝝ que expediūt. Indul
gentie/his qui veraciter eas cōſequunt/nō valent ad remiſſionē pe-
ne ꝓ peccatis actualib⁹ debite apud diuinā iuſticiā. Seducunt cre-
dentes indulgētias eſſe ſalutares/et ad fructū ſpiritus vtiles. Indul
gentie neceſſarie ſunt ſolū publicis criminibus/⁊ ꝓprie cōceduntur
duris ſolūmodo/et impatientib⁹. Sex generib⁹ hominū indulgētie
nec ſunt neceſſarie/nec vtiles/videlicet mortuis/ſeu morituris/infir-
mis/legittime impeditis/his qui nō cōmiſerūt crimina/his qui cri-
mina cōmiſerūt/ſed nō publica/his qui meliora opant. Excōmuni-
cationes ſunt tantū externe pene/nec priuāt hominē cōmunib⁹ ſpūa
libus eccleſie orationib⁹. Docendi ſunt chriſtiani plus diligere excō-
municationē/q̄ timere. Roman⁹ pōtifex Petri ſucceſſor nō eſt chri-
ſti vicarius ſup omēs totius mūdi eccleſias/ab ipo chriſto in beato
Petro inſtitut⁹. Verbū chriſti ad Petrū/quodcūqʒ ſolueris ſup ter
ram ⁊c. extendit duntaxat ad legata ab ipo Petro. Certū eſt in ma
nu eccleſie/aut Pape prorſus nō eſſe/ſtatuere articulos fidei/immo
nec legis motū/ſeu bonoꝝ opoꝝ. Si Papa cū magna parte eccleſie
ſic vel ſic ſentiret/nec etiā erraret/adhuc nō eſt peccatū / aut hereſis
contrariū ſentire/preſertim in re nō neceſſaria ad ſalutē/donec fuerit
per ↄciliū vniuerſale alterū reprobatū/alterū approbatū Via nobis
facta eſt enarrādi auctoritatē conciliorū/et libere cōtradicendi eorū
geſtis/⁊ iudicandi eoꝝ decreta/⁊ ↄfidenter cōfitendi/quicquid verū
videt/ſiue probatū fuerit/ſiue reprobatū a quocūqʒ cōcilio. Aliqui
articuli Joannis Huſs cōdemnati in cōcilio Conſtantieñ. ſunt chri
ſtianiſſimi/veriſſimi/⁊ euāgelice/ quos nec vniuerſalis eccl'ie poſſet
damnare. In omni ope bono iuſtus peccat. Opus bonū optime fa-
ctum eſt veniale peccatū. Hereticos comburi eſt cōtra volūtatē ſpi
ritus. Preliari aduerſus Turcas eſt repugnare deo viſitanti iniqui-
tates noſtras p illos. Nemo eſt cert⁹ ſe nō ſemp peccare mortaliter
ꝓpter occultiſſimū ſupbie vitiū. Liberū arbitriū poſt peccatum eſt
res de ſolo titulo/et dum facit quod in ſe eſt peccat mortaliter. Pur-
gatoriū nō poteſt ꝓbari ex ſacra ſcriptura/que ſit in canone. Anie
in purgatorio nō ſunt ſecure de eoꝝ ſalute/ſaltē omēs / nec ꝓbatum

eſt vllis/aut rationibꝰ/aut ſcipturis/ipſas eſſe extra ſtatū merendi/
aut augēde charitatis. Anime in purgatorio peccāt ſine intermiſſio-
ne q̄diu querūt requiē/et horrent penas. Anime ex purgatorio libe
rare ſuffragijs viuentiū minus beant̄ quā ſi ꝑ ſe ſatis feciſſent. Prela
ti eccleſiaſtici/et principes ſeculares nō malefacerent ſi omēs ſaccos
mendicitatis deleret. ¶ Qui quidē errores/reſpectiue/quā ſint pe-
ſtiferi/quā pernitioſi/quā ſcandaloſi/quā piarū/et ſimpliciū menti
um ſeductiui/quā deniq̄ ſint cōtra omnē charitatē/ac. S. R. E. ma
tris omniū fideliū/et Magiſtre fidei reuerentiā/atq̄ verū eccleſiaſti
ce diſcipline obedientiā ſcilicet/que fons eſt/ et origo omniū virtu-
tum/ſine qua facile vnuſquiſq̄ infidelis eſſe cōuincit̄/nemo ſane mē
tis ignorat. Nos igit̄ in premiſſis/vtpote grauiſſimis/propēſius (vt
decet) procedere/necnō huiuſmodi peſti/morboq̄ canceroſo/ ne in
agro dominico tanq̄ vepris nociua vlterius ſerpat/viā precludere
cupiētes/habita ſupra predictis erroribꝰ/et eoꝝ ſingulis diligēti tru
tinatione/diſcuſſione/ac diſtrictio examine/ maturaq̄ deliberatiōe
omnibuſq̄ rite penſatis/ ac ſepius ventilatis cū venerabilibus fra-
tribus noſtris. S. R. E. Cardi. ac regulariū ordinū Prioribus/ ſeu
miniſtris generalibꝰ/pluribuſq̄ alijs ſacre Theologie/necnō vtriuſ
q̄ iuris ꝓfeſſoribus/ſiue Magiſtris/⁊ quidē peritiſſimis. Reperi-
mus eoſdē errores/reſpectiue (vt prefert̄) aut articulos nō eſſe Catho
licos/nec tanq̄ tales eſſe dogmatizādos/ ſed cōtra Catholice eccle-
ſie doctrinā/ſiue traditionē/atq̄ ab ea verā diuinarū ſcripturarum
receptā interpretationē/cuius auctoritati ita acquieſcendū cenſuit
Auguſtinus/vt dixerit ſe Euāgelio nō fuiſſe crediturū niſi eccleſie ca
tholice interueniſſet auctoritas. Nam ex eiſdē erroribus/vel eorum
aliquo/vel aliquibꝰ palam ſequit̄/eandē eccleſiā/que ſpiritu ſancto
regit̄/errare/et ſemꝑ erraſſe. Quod eſt vtiq̄ contra illud/ qđ Chriſtꝰ
diſcipulis ſuis in aſcenſiōe ſua (vt in ſancto euāgelio Mathei legit̄)
ꝓmiſit dicens/Ego vobiſcū ſum vſq̄ ad conſumationē ſeculi. Nec
non cōtra ſanctoꝝ patrū determinationes/conciliorū quoq̄/et ſum
morum Pontificum expreſſas ordinationes/ſeu Canones/ quibus
non obtemperaſſe omnium hereſum/et ſciſmatum. teſte Cipriano.
fomes et cauſa ſemper fuit. De eorundem itaq̄ Venerabilium fra-
trum noſtrorum conſilio/ et aſſenſu/ac omnium/et ſingulorum pre
dictorum matura deliberatiōe predicta / auctoritate omnipotentis
dei/et beatorum Apoſtolorum Petri / et Pauli / et noſtra prefatos

omnes, et ſingulos articulos, ſeu errores, tanꝗ (vt premittitur) reſpe-
ctiue hereticos/ aut ſcandaloſos/ aut falſos/ aut piarū auriū offenſi
uos vel ſimpliciū mentiū ſeductiuos/ et veritati Catholice obuiātes
dānam⁹/ reprobamus/ atqꝫ oīno reijciamus/ ac ꝓ dānatis/ reproba
tis/ ⁊ reiectis ab oīb⁹ vtriuſqꝫ ſex⁹ chriſtifidelib⁹ haberi debere ha
rum ſerie decernim⁹/ ⁊ declaram⁹. Inhibētes in virtute ſancte obedi
entie/ ac ſub maioris excōmunicatiōis late ſentētie. Necnō quo ad
eccleſiaſticas/ ⁊ regulares pſonas ⁊ Epāliū oīm etiā Patriarchaliū
Metropolitañ. ⁊ aliaꝝ Cathedraliū eccleſiaꝝ/ Monaſterioꝝ quoqꝫ
et Prioratuū/ etiā Conuētualiū/ ⁊ quorūcūqꝫ dignitatū/ aut bene-
ficioꝝ eccleſiaſticoꝝ/ ſeculariū/ aut quoꝝuis ordinū regulariū/ pri-
uationis/ ⁊ inhabilitatis ad illa/ ⁊ alia in poſterū obtinēda. Quo ve
ro ad cōuent⁹/ capitula ſeu domos/ aut pia loca/ ſeculariū/ vel regu
lariū/ etiā mendicantiū/ necnō vniuerſitatis eſſet ſtudioꝝ generaliū/
quorūcūqꝫ priuilegioꝝ/ indultoꝝ a ſede Apoſtolica/ vel eius legatis
aut alias quomodolibꝫ habitoꝝ/ vel obtentoꝝ cuiuſcūqꝫ tenoris exi
ſtant. Necnō nominis/ ⁊ poteſtatis ſtudiū generale tenēdi/ legendi/
ac interpretandi quaſuis ſcias/ ⁊ facultates/ ⁊ inabilitatis ad illa/ et
alias in poſterū obtinēda predicatiōis quoqꝫ offitij/ ac amiſſiōis ſtu-
dij generalis/ et omniū priuilegioꝝ eiuſdē. Quo vero ad ſeculares ei
uſdem excōmunicatiōis/ necnō amiſſiōis cuiuſcūqꝫ Emphyteoſis/
ſeu quorūcūqꝫ feudoꝝ/ tam a Ro. eccleſia/ ꝙ alias quomodolibꝫ
obtentoꝝ/ ac etiā inabilitatis ad illa/ ⁊ alia imposterum obtinenda.
Necnō quo ad oēs/ ⁊ ſingl'os ſuperi⁹ nominatos/ inhibitiōis eccle
ſiaſtice/ ſepulture/ inabilitatiſqꝫ ad oēs ⁊ ſingulos act⁹ legitimos/ in
famie/ ac diffidatiōis/ ⁊ criminis leſe maieſtatis/ ⁊ hereticoꝝ/ ⁊ fau-
toꝝ eorūdē in iure expreſſis penis/ eo ipo ⁊ abſqꝫ vlteriori declara-
tione/ ꝑ oēs/ ⁊ ſingulos ſupradictos/ ſi (qd abſit) cōtrafecerint/ incur
rendis. A quib⁹ vigore cuiuſcūqꝫ facultatis/ ac clauſulaꝝ etiā in cō
feſſionalib⁹ quibuſuis pſonis/ ſub quibuſuis verboꝝ formis cōten-
tarū/ niſi a Ro. Pōtifice/ vł alio ab eo ad id ī ſpecie facultatē habēte
ꝓterꝙ in mortis articulo cōſtituti/ abſolui nequeāt/ oīb⁹/ ⁊ ſingul'
vtriuſqꝫ ſex⁹ chriſtifidelib⁹/ taꝫ laicis ꝙ clericis/ ſecularib⁹/ ⁊ quorū
uis ordinū regularib⁹/ et alijs quibuſcūqꝫ pſonis/ cuiuſcūqꝫ ſtatus/
gradus vel cōditionis exiſtāt/ ⁊ quacūqꝫ eccleſiaſtica/ vel mundana
prefulgeāt dignitate/ etiā ſancte Ro. eccleſie Cardinalib⁹/ Patriar-
chis Primatibus/ Archiepis/ Epis/ Patriarchaliū/ Metropolitañ.
et aliarū Cathedraliū/ Collegiatarū/ ac inferioꝝ eccleſiarū Prelatis
clericis/ aliiſqꝫ pſonis eccleſiaſticis/ ſecularib⁹/ ⁊ quoꝝuis ordinū/

etiã mendicantiũ/regularib⁹/Abbatib⁹/Priorib⁹/vel miniſtris ge-
neralibus/vel pticularibus fratrib⁹/ſeu religioſis exemptis/ et non
exemptis. Studioꝝ quoqꝫ vniuerſitatib⁹/ſecularib⁹/et quoꝝuis or
dinũ/etiã mendicantiũ regularib⁹. Necnõ Regibus/Imperatoris/
Electoribus/ Principib⁹/Ducibus/Marchionib⁹/Comitib⁹/Ba-
ronibus/Capitaneis/Cõductorib⁹/Domicellis/omnibuſqꝫ officiali
bus/Judicib⁹/Notarijs/eccleſiaſticis/ꝛ ſecularib⁹/Cõmunitatib⁹
Vniuerſitatibus/Poteſtatibus/Ciuitatib⁹/ Caſtris/terris et locis/
ſeu eoꝝ/vel earum ciuibus/habitatorib⁹/ et incolis / ac quibuſuis
alijs pſonis/Eccleſiaſticis/vl' regularib⁹(vt prefert)p vniuerſum or
bem vbicũqꝫ/preſertim in Alemania exiſtẽtibus vel p tpe futuris /
ne pfatos errores/aut eoꝝ aliquos / perverſamqꝫ doctrinã huiuſmõi
aſſerere\affirmare defendere/pdicare/aut illi quomodolibet/publi
ce vel occulte /quouis queſito ingenio/vel colore/tacite vel expreſſe
fauere preſumãt. Inſup q: errores pfati/ et plures alij cõtinent in li
bellis/ſeu ſcriptis cuiuſdã Martini Luther/dictos libellos /et omĩa
dicti Martini ſcripta ſeu p edicatiões/in latino vel quocunqꝫ alio
idiomate/reperiant/in quib⁹ dicti errores/ſeu eoꝝ aliquis cõtinent
ſimiliter damnam⁹/reprobam⁹/atqꝫ omnino reijcim⁹/ꝛ p omnino
damnatis/reprobatis/ac reiectis/vt prefert haberi volum⁹. Mãdã
tes in virtute ſancte obediẽtie/et ſub penis predictis/eo ipo incurrẽ-
do/omnib⁹ et ſingulis vtriuſqꝫ ſexus chriſtifidelib⁹ ſupius nomina-
tis/ne huiuſmodi ſcripta/libellos/predicaciones/ſeu cedulas/vel in
cõtenta capitula/errores/aut articulos ſupradictos cõtinẽtia/ lege-
re/aſſerere/predicare/laudare/imprimere/publicare/ſiue defendere/
p ſe vel aliũ/ſeu alios/directe vel indirecte/tacite vel expreſſe/publi-
ce vel occulte/aut in domib⁹ ſuis ſiue alijs/publicis vel priuatis lo-
cis tenere quoquo mõ preſumãt/quinĩmo illa ſtatim poſt hãc pub
licationẽ vbicũqꝫ fuerint/p ordinarios/et alios ſupradictos diligẽ-
ter queſita/publice/et ſolẽniter in pñtia cleri/et populi/ſub omnibus/
et ſingulis ſupradictis penis/comburãt. Qd vero ad ipm Martinũ
attinet/Bone deus/quid ptermiſim⁹/quid nõ fecim⁹/quid paterne
charitatis omiſſim⁹/vt eũ ab hmõi errorib⁹ reuocaremus: Poſtqꝫ
eñ ipm citauim⁹ mitius cũ eo pcedere volẽtes/illũ inuitauim⁹/ atqꝫ
tam p diuerſos tractatus cũ Legato noſtro habitos/quã p litteras
noſtras/hortati fuimus/vt a predictis erroribus diſcederet/ aut ad
nos oblato etiã ſaluo cõducto/et pecunia ad iter neceſſaria/ſine me-
tu/ſeu timore aliquo/quẽ pfecta charitas foras mittere debuit/veni
ret/ac Saluatoris noſtri/Aplıqꝫ Pauli exemplo/nõ in occulto/ ſed

palam/et in facie loqueretur/Quod ſi feciſſet/ pro certo (vt arbitra
mur) ad cor reuerſus/errores ſuos cognouiſſet/ nec in Romana cu
ria/quā tantopere/vanis maliuolorū rumoribus/pluſq̄ oportuit/
tribuendo/ vituperat/ tot reperiſſet errata/ docuiſſemuſq̄ eū luce /
clarius/ſanctos Romanos Pontifices predeceſſores noſtros/quos
preter omnē modeſtiā iniurioſe lacerat/in ſuis Canonibus/ſeu Cō
ſtitutionibus/ quas mordere nititur/ nunq̄ erraſſe/quia iuxta Pro
phetam/nec in Galabad Reſina/nec Medicus deeſt / ſe obaudiuit
ſemp/et predicta Citatione/omībuſq̄ et ſingulis ſupradictis ſpretis
venire cōtempſit/ac vſq̄ in preſentē diem contumax/ atq̄ animo in
durato/ cenſuras vltra annū ſuſtinuit/et quod deterius eſt/ addens
mala malis/de citatione huiuſmodi notitiā habens/in vocē temera
rie appellationis prorupit/ad futurū conciliū/ contra conſtitutionē
Pij ſecundi/ac Julij ſecundi predeceſſorū noſtrorū/ qua cauet taliter
appellātes hereticorū pena plectēdos (fruſtra etiā concilij auxilium
implorauit/qui illi ſe nō credere palam pfitet) ita vt contra ipſum/
tanq̄ de fide notorie ſuſpectum/ imo vere Hereticum / abſq̄ vlte
riori citatione/vel mora/ad cōdemnationē ⁊ damnationē eius/ tan
q̄ heretici/ac ad omniū/et ſingularū ſuprascriptarū penarū/ et cen
ſurarū ſeueritatē procede poſſemus/ Nihilominus de eorundē fra
trum noſtrorū conſilio/omnipotētis dei immitantes clementiā/ qui
nō vult mortē peccatoris/ſed vt magis cōuertat/et viuat/ omnium
iniuriarū hacten⁹ nobis/et Apoſtolice ſedi illatarū obliti/ omi qua
poſſumus pietate vti decreuim⁹/et quantum in nobis eſt agere / vt
propoſita manſuetudinis via ad cor reuertat/et a predictis recedat
erroribus/vt ipſum tanq̄ filiū illū prodigū ad gremiū eccleſie reuer
tentem benigne recipiam⁹. Ipſum igit Martinū/ et quoſcūq̄ ei ad
herentes/ eiuſq̄ receptatores/et fautores/p viſcera miſericordie dei
noſtri\et per aſperſionē ſanguinis dñi noſtri Jeſu Chriſti/quo et p
quē humani generis redemptio / et ſancte matris eccleſiæ edificatio
facta eſt/ex toto corde hortamur/et obſecramus/ vt ipius ecclie pa
cem/vnitatē/ et veritatē/ pro qua ipſe ſaluator tam inſtanter orauit
ad patrē/turbare deſiſtant/ et a predictis tam pernitioſis erroribus
prorſus abſtineant/inuenturi apud nos ſi effectualiter paruerint/ et
paruiſſe p legittima documēta nos certificauerint/paterne charita
tis affectū/et apertū manſuetudinis/et clemētie fontē. Jnhibentes ni
hilominus eidē Martino ex nunc/vt interim ab omni predicatiōe/ſeu
predicationis officio omnino deſiſtat/alioquin vt ipm Martinum

ſi forte iuſticie/et virtutis amor a peccato nō retrahat/indulgētieq; ſpes ad penitentiā non reducat/penarū terror coherceat diſcipline. Eundem Martinū/eiuſq; adherentes/complices/fautores/et receptatores tenore preſentiū requirimus/⁊ monemus/in virtute ſancte obedientie/et ſupredictis omnibus/et ſingulis penis/eo ipſo incurrendo/diſtricte precipiendo mandamus/quatinus infra ſexaginta dies/quorum viginti pro primo/Viginti pro ſecūdo/⁊ reliquos viginti dies pro tertio/et peremptorio termino aſſignamus/ab affixione preſentium in locis infraſcriptis/immediate ſequētes numerando. Ipſe Martinus/complices/fautores/adherentes/et receptatores predicti a prefatis erroribus/eorūq; predicatione/ac publicatione/et aſſertione/defenſione quoq;/⁊ librorū/ſeu ſcripturarū editiōe/ſuper eiſdem/ſiue eorū aliquo omnino deſiſtāt/libroſq;/ac ſcripturas omnes/et ſingulas/prefatos errores/ſeu eorū aliquos quomodolibet cōtinentes/comburāt/vel comburi faciant. Ipſe etiā Martinus/errores/et aſſertiones huiuſmodi omnino reuocet/ac de reuocatione huiuſmodi per publica documēta in forma iuris valida/in manibus duorū prelatorū conſignata/ad nos infra alios ſimiles ſexaginta dies tranſmittenda/vel per ipſummet (ſi ad nos venire voluerit/quod magis placeret) cum prefato pleniſſimo ſaluo conductu/quē ex nunc cōcedimus/deferenda/nos certiores efficiat/vt de eius vera obedientia nullus dubitationis ſcrupulus valeat remanere. Alias ſi (quod abſit) Martinus prefatus/complices/fautores/adherentes/et receptatores predicti ſecus egerint/ſeu premiſſa omnia et ſingula infra terminum predictum cum effectu nō adimpleuerint Apoſtoli imitantes doctrinam/qui hereticum hominem/poſt primam/et ſecundam correctionem/vitandum docuit/ex nunc prout ex tūc/et econuerſo/eundem Martinum/complices/adherētes/fautores/et receptatores prefatos/et eorum quemlibet/tanq̄ aridos palmites in Chriſto non manentes/ſed doctrinam contrariam/Catholice fidei inimicam/ſiue ſcādaloſam/ſeu damnatam/in non modicam offenſam diuine maieſtatis/ac vniuerſalis eccleſie/et fidei catholice detrimentum/et ſcandalum dogmatizantes/et predicantes/Claues quoq; eccleſiæ/vilipendentes notorios/et pertinaces Hereticos eadem auctoritate fuiſſe/et eſſe declarantes/eoſdem vt tales hac ſerie cōdemnamus/⁊ eos ꝓ talibꝰ haberi/ab omnibꝰ vtriuſq; ſexus chriſtifidelibꝰ ſupradictis volumꝰ/et mandamꝰ. Eoſq; omes et ſinglos/oībus ſupradictis/⁊ alijs ꝯtra tales a iure inflictis penis

ꝑſentiū tenore ſubijcimꝰ/ et eiſdē irretitos fuiſſe/et eſſe decernimꝰ
et declaramꝰ. Inhibemus preterea ſub omnibus/et ſingulis premiſ
ſis penis/eo ipſo incurrendis/ omnibꝰ et ſingulis chriſtifidelibꝰ ſu-
perius nominatis/nec ſcripta eā prefatos errores nō cōtinētia / ab
eodē Martino quomodolibet cōdita/vel edita/aut condenda/ vel
edēda/ſeu eoꝝ aliqua/tanq̄ȝ ab homīe orthodoxe fidei inimico / atȝ
ideo vehemēter ſuſpecta/⁊ vt eiꝰ memoria omnino deleat̄ de chriſti
fideliū ꝯſortio//legere/aſſerere/predicare/laudare/imprimere/pub
licare/ſiue defendere/ꝑ ſe vel aliū/ſeu alios/directe vel indirecte / ta-
cite vel expreſſe/publice vel occulte/ſeu in domibꝰ ſuis / ſiue in alijs
locis publicis vel priuatis/ tenere quoquo mō p̄ſumāt. Quinimo
illa comburāt(vt prefert̄). Monemus inſuꝑ oīes et ſingulos chri-
ſtifideles ſupradictos ſub eadē excōis late ſentētie pena/vt hereticos
predictos declaratos/⁊ cōdemnatos/mādatis noſtris nō obtempe
rantes/poſt lapſum termini ſupradicti euitent/⁊ q̄ȝtum eis eſt euita-
ri faciāt/nec cū eiſdē/vel eoꝝ aliquo/cōmertiū/ aut aliquā cōuerſa-
tionem/ſeu communionē habeant/nec eis neceſſaria miniſtrent. Ad
maiorem p̄terea dicti Martini/ſuorūq̄ȝ complicū/ fautoꝝ/et adhe-
rentium/ac receptatorū predictorū/ſic poſt lapſum termini predicti
declaratorū hereticoꝝ,et condemnatoꝝ confuſionē. Vniuerſis ⁊ ſin-
gulis vtriuſq̄ȝ ſexus chriſtifidelibus, Patriarchis, Archiepis, Epiſ-
Patriarchaliū, Metropolitañ. et aliarū Cathedraliū, Collegiatarū
ac inferiorū eccleſiarū Prelatis, Capitulis, alijſq̄ȝ ꝑſonis eccleſiaſti
cis, ſecularibus, ⁊ quorūuis ordinū, etiā mendicantiū (preſertim eiꝰ
cōgregatiōis, cuius dictus Martinus eſt ꝓfeſſus, et in qua degere,
vel morari dicitur) Regularibus, exemptis, et nō exemptis, necnon
vniuerſis, ⁊ ſingulis principibꝰ, quacūq̄ȝ eccleſiaſtica, vel mūdana
fulgentibus dignitate, Regibus, Imꝑatoris Electoribus, Ducibꝰ,
Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Conducto
ribꝰ, Domicellis, Cōmunitatibꝰ, Vniuerſitatibꝰ, Potētatibꝰ, Ciuita
tibꝰ Terris, Caſtris, ⁊ locis, ſeu eorū habitatoribꝰ, Ciuibꝰ, et incol
omibuſq̄ȝ alijs ⁊ ſingul' ſupradictis, ꝑ vniuerſū orbē, ꝓſertim in eadē
Alemania cōſtitutis. Mādamꝰ quatinus ſupradictis omibꝰ, ⁊ ſin
gulis penis, ipſi vel eorum quilibet prefatum Martinum, compli-
ces adherētes, receptātes, et fautores ꝑſonaliter capiāt, ⁊ captos ad
noſtrā inſtantiā retineāt, et ad nos mittāt. Reportaturi, ꝓ tam bo-
no opera nobis, et ſede Apoſtolica remunerationē premiūq̄ȝ condi-
gnum, vel ſaltē eos, et eorū quemlibet de Metropolitañ. Cathedra-
libꝰ, Collegiatis, ⁊ alijs eccleſijs, Domibꝰ, Monaſterijs Cōuentibꝰ,

Ciuitatibus, Dominiis, Uniuerſitatibus, Communitatibus, Caſtris, Terris, ac locis reſpectiue, tam Clerici, et Regulares, quã laici omnes, et ſinguli ſupradicti omnino expellant. Ciuitates vero domini/Terras/Caſtra/Uillas/Comitatus/fortilicia/Oppida/et loca quecũq; vbilibet cõſiſtentia/earum/ꝛ eoꝝ reſpectiue, Metropolitañ. Cathedrales/Collegiatas/et alias eccl'ias/Monaſteria/Prioratus/Domus/Conuentus/et loca religioſa/vel pia\ cuiuſcũq; ordinis (vt prefertur) ad que prefatum Martinũ/ vel aliquẽ expredictis declinare cõtigerit/quãdiu ibi pmanſerit et triduo poſt receſſum eccleſiaſtico ſubiicimus interdicto. Et vt premiſſa omnibus innoteſcant/Mandamus inſup vniuerſis Patriarchis/Archiepis/Epis/Patriarchalium/Metropolitañ. et aliaꝝ Cathedraliũ/ac Collegiatarum eccleſiarũ prelatis/Capitulis/aliiſq; perſonis eccleſiaſticis/ſecularibus/et quorũuis ordinum ſupradictorũ regularibus/Fratribus/religioſis/Monachis/exemptis/et non exemptis/ſupradictis/ vbilibet/preſertim in Almania/conſtitutis/quatinus ipi/vel eorum quilibet ſub ſimilibus cenſuris/et penis/eo ipſo incurrendis/ Martinum/omneſq;/et ſingulos ſupradictos/qui elapſo termino huiuſmodi mandatis/ſeu monitis noſtris nõ paruerint/in eorũ eccleſiis/ Dominicis/et aliis feſtiuis diebus/ dum inibi maior populi multitudo ad diuina conuenerit/declaratos Hereticos/ et cõdemnatos publice nuncient/faciantq;/et mandent ab aliis nunciati/et ab omnibus arctius euitari. Nec nõ omnibꝫ chriſtifidelibus / vt eos euitent/pari modo ſub predictis cẽſuris/et penis. Et preſentes litteras vel earũ tranſumptum ſub forma infra ſcripta factum in eorũ eccleſiis/Monaſteriis/Domibus/Conuentibus/et aliis locis/legi/publicari/atq; affigi faciant. ¶ Excõmunicamus quoq;/et anathematizamus omnes ꝛ ſingulos cuiuſcũq; ſtatus/gradus/cõditionis preeminentie/dignitatis/aut excellentie/fuerint/qui quominus preſentes littere/vel earũ tranſumpta/copie/ ſeu exemplaria in ſuis terris/et dominiis legi/affigi/et publicari poſſint/fecerint/vel quoquo modo pcurauerint/p ſe/vel aliũ/ſeu alios/publice/ vel occulte/ directe/vel indirecte/tacite / vel expreſſe. Poſtremo quia difficile foret preſentes litteras ad ſingula queq; loca deferri/in quibus neceſſarium foret/Uolumus/et Apoſtolica auctoritate decernimus/ qꝺ eaꝝ tranſumptis manu publici notarii confectis/et ſubſcriptis/vel in alma Urbe impreſſis / et ſigillo alicuius eccleſiaſtici Prelati munitis/ vbiq; ſtetur/et plena fides adhibeatur / prout originalibus litteris ſtaretur/ꝛ adhiberetur/ſi forent exhibite/vel oſtenſe. Et ne prefatus

Martinus/omneſqȝ alij ſupra dicti/quos preſentes littere quomodolibet cõcernunt/ignorantiã earundẽ litterarũ/et in eis contentoꝝ omniũ/et ſingulorꝝ pretendere valeãt/ litteras ipſas in Baſilice principis Apoſtoloꝝ/et Cancellarie apoſtolice/necnõ cathedraliũ eccleſiaruȝ/Brandeburgeñ. Miſneñ. Morſpergeñ. Valuis affigi ⁊ publicari debere volumus. Decernẽtes/ quod earũdẽ litterarũ publicatio ſic facta ſupradictũ Martinũ/omneſqȝ alios/et ſingulos prenominatos/quos littere huiuſmodi quomodolibet concernũt/ perinde arctent/ac ſi littere ipẽ die affixionis/⁊ publicationis huiuſmodi eis pſonaliter lecte/et intimate forent. Quũ non ſit veriſimile / quod ea/que tam patenter fiunt/debeant apud eos incognita remanere. Non obſtantibus Conſtitutionibus/ et ordinationibꝰ apoſtolicis Seu ſi ſupradictis omnibus/et ſingulis/vel eorũ alicui/aut quibuſuis alijs a ſede Apoſtolica predicta/vel ab ea poteſtatẽ habẽtibus: ſub quauis forma/etiã confeſſionalis/ et cum quibuſuis etiã fortiſſimis clauſulis/aut ex quauis cauſa/ſeu grandi cõſideratione/ indultum/vel conceſſum exiſtat/qđ interdici/ſuſpendi / vel excõmunicari non poſſint p litteras Apoſtolicas nõ faciẽtes plenam/⁊ expreſſam ac de verbo ad verbũ/non aũt p clauſulas generales id importantes de indulto huiuſmodi mentiõnẽ/eiuſdeȝ indulti tenores/cauſas et formas/perinde ac ſi de verbo ad verbũ inſererẽtur. Ita vt omnino tollat/preſentibus p expreſſis habẽtes. ¶ Nulli ergo omnino hominũ/liceat hanc paginã noſtre damnationis/reprobationis/reiectionis/decreti/declarationis/inhibitionis/voluntatis/ mandati/hortationis/obſecrationis/requiſitionis/monitionis/aſſignatiõis/conceſſionis/condemnationis/ſubiectionis/excõmunicatiõis et anathematizationis infringere/vl ei auſu temerario cõtraire. Siquis aũt hoc attemptare preſumpſerit/ indignationẽ omnipotentis dei/ac beatorũ Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrũ. Anno incarnationis dominice. Milleſimo. quingenteſimo. Vigeſimo. xvij. kl'as Julij. Pontificatus noſtri Anno octauo.

Viſa. R. Milaneſius.

1520

Albergatus.

p